

348

Sacro percussit pietas; quæ jussit Eundem  
Relligionis opus dictâ ratione juvare.  
Qui non istud Opus pietatis laudat; is ipse  
Non est ingenuus veræ pietatis amator;  
Nec propagari vult Omnipotentis honorem,  
Confluit è pagis, ac istius ædibus urbis  
Magna caterva; DEI quò dogmata sacra supremâ  
Audiat, & discat, via quæ deducat ad astra.  
Præmia multa feret divinitus ille, *JEHOVÆ*  
Qui Cultum pro parte suâ juvat: illius olim  
Molliter exiguâ corpus recubabit in urnâ,  
Ac ingressurus templum stellantis Olympi.

Prætor. 1674.

Curia *NEUMANNO* Prætoris credidit arma:  
Omnibus afflicto ut posset dicere jura.  
Scilicet Aonidum grex sic formavit in usus  
Communes animum nostrò, mihi crede, *NEANDRO*;  
Sic perblanda Charis pectus; sic aurea Peitho;  
Sic donis poluit quoq; Juridicina verèpda:  
Ut tricâs Juris, doctæ rationis & æqui  
Viq; acieq; valens siet extricare. Sacrarum  
A legum nostrum *NEUMANNUM* tramite tectis  
Aversum pedicis non Causidicina movebat.  
Quàm benè callebat pacatas reddere partes;  
Quasq; sue causas pensabat pondere, & usq;  
Æquo servabat cunctis examine lances.  
Non excœcabant Ipsum donaria. Nodum  
Prætores quarunt in scirpo sapius: ast hic  
Lubus implicitas fraudesq; strophasq; diremit.  
Tadia multa foris fert isthæc Sparta domiq;  
Prætoriq; simul mentem delassat & artus.  
Quamvis *NEUMANNO* dubii concredita nostrò  
Jura fori fuerant: tamen hæud cessavit abire  
Bûdissam, nec non splendentem *SAXONIS* Aulam.  
Justitiæ studium vigilans, ac irio quævis  
*NEUMANNI* semper *JOVÆ* respexit honorem,  
Et Conscriptorum Patrum, quos semper honorat.

Consul. 1675.

Consulis Officium tandem *NEUMANNUS* obibat,  
Atq; jubebatur suprema capeffere sceptrâ,  
Magmentum, *NEUMANNE*, Tuæ Virtutis & Artis,  
Quod Tibi cœlipotens fatorum contulit Ordo.  
Fax exultabat diffuso lumine mundi,  
Atq; accurrebant homines ex ædibus Urbis:  
Cernere Rectoris quò possent ora novelli.  
Quin etiam ipse Pater spumanti gurgite Nissus  
Creditor ora vadis ex imis uda tulisse,  
Et nova cœruleo cognoscens gaudia vultu,  
Nec non prosperitatis Opus prædulce futuræ,  
Plurima pro Patria reparandis Numina rebus  
Collaudando, vias liquidas mox pronus abisse.

Sigismundus  
Neumannus,  
Consul Gu-  
benens.

© Anno 1668  
Mens. Julio.

*NEUMANNUS*, sacrae sidus prælustre Themistos,  
Ritè *SIGISMUNDI* sequitur vestigia Fratris,  
Pieris plectris & longo carmine digni.  
Nam concinnabant calathis Huic dona Camenæ  
Auro nobiliora Lydo; fulgebat & olim  
Iste viros inter doctos, velut inter Olympi  
Sidera stellanti Zonâ præinctus Orion.  
Vertice sublimi feriebat sidera Vates,  
Ipseq; Nestoreo promebat ab ore lepores.